VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.
Seite 156r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



functus est eleazar ~~et ahimelech filius~~ ythamar
ythamar. et diuisit eos dauid idest
sadoch de filiis eleazar et ahimelech
filius ithamar secundum uices suas et ministerium
Inuentique sunt multo plures filii elea
zar in principibus uiris quam filii ithamar. Di
uisit autem eis hoc est filius eleazar princi
pes per familias sedecim et filius ithamar
per familias et domos suas octo. Porro di
uisit utrasque inter se familias sortibus. Erant
autem principes scutarii et principes dei tam de
filiis eleazar quam de filiis ythamar. De
scripsitque eos semeias filius natanahel
scriba leuites coram rege et principibus et sa
doch sacerdote et achimalech filio abiathar
principibus quoque familiarum sacerdotalium
et leuiticarum unam domum que ceteris
preerat eleazar et alteram domum que sub
se habebat ceteros ithamar. Exiuit autem
sors prima ioiarib. secunda iedele. tertia arip.
quarta seorip. quinta melchia. sexta may
mam. septima cathos. octaua abia. nona
ieusu. decima sechenia. undecima heliasip.
duodecima ioachim. tertia decima opha. quar
ta decima isbaal. quinta decima abelga. sex
ta decima emmer. septima decima ezir. oc
taua decima abses. nona decima apleteia.
uicesima iezehel. uicesima prima achim.
uicesima secunda gamul. uicesima tertia delaia
uecesima quarta mamazau. Hee uices eorum
secundum ministeria sua. ut ingrediantur domum
dei iuxta ritum suum sub manu aaron patris
eorum sicut precepit dominus deus israel. Porro filiorum
leui qui reliqui fuerant de filiis amram
erat subahel. de filiis subahel iedeia. De
filiis quoque roobie princeps iesias. ysaaris
uero salemoth. filiique eius iariau. semarias
secundus. iozihel tercius. iemaan quartus. filius
iozihel micha. filius quoque iesie zacharias.
filii merari mooli et musi. filius oziau. be
non. filius quoque merari oziau et sem. et
achur. et hebri. Porro mooli filius eleazar
qui non habebat liberos. Filius uero cis gera

x filius micha michasemir frater michaiesia.

mihel. Filius musi mooli eder. et hermoth.
Isti filii leui secundum domos cognationum suarum.
Miseruntque et ipsi sortes contra fratres suos
filios aaron coram dauid rege et sadoch.
et achimalech. et principibus familiarum sacer
dotalium et leuiticarum. tam maiores quam
minores. omnes sors equaliter diuidebat.
Igitur dauid et magistratus exercitus segre XXV.
grauerunt in ministerium filios asaph. et eman.
et ydithim. qui prophetarent in cytharis et
psalteriis. et cymbalis secundum numerum sub
dedicato sibi officio seruientes. De filiis
asaph zachur et ioseph et mathania et sere
la. filii asaph sub manu asaph prophetantes
iuxta regem. Porro filii ydithim godolias.
soriessaias. et sabaias. et mathathias.
sub manu patris sui ydithim. qui in cythara
prophetabant super confitentes et laudantes
dominum. Eman quoque filii eman bochiahu.
mathaniu. ozihel. subuhel. et ierimoth.
ananias. anani. elyatha. getdelthi. et
romenithi. et zer. et hier. bachasa. melloth
iothir. mazioth. et omnes isti filii eman ui
dentis regis in sermonibus dei. ut exaltaret
cornu. Deditque deus eman filios quatuor
decim. et filias tres. uniuersi sub manu patris
sui ad cantandum in templo domini distribu
ti erant in cymbalis et psalteriis et cytharis
in ministeria domus domini iuxta regem asaph
uidelicet et idithim et eman. Fuit autem nume
rus eorum cum fratribus suis qui erudiebant can
ticum domini cuncti doctores ducenti octoginta
octo. miseruntque sortes per uices suas ex
equo tam maior quam minor. doctus pa
riter et indoctus. Egressaque est prima sors
ioseph qui erat de asaph. secunda godolie ipse
et filii eius et fratres eius et fratres eius duodecim. tertia
zachur cum filiis et fratribus eius. xii. quarta ysari cum filiis et fratribus eius. xii. quinta
nathanie cum filiis et fratribus eius. xii. septima bocheni cum filiis et fratribus eius. xii. septima
ma isranela cum filiis et fratribus eius. xii. oc
taua osale cum filiis et fratribus eius. xii. nona
mathanie cum filiis et fratribus eius. xii. deci
ma semeie cum filiis et fratribus eius. xii. vn